Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

no [illegible] bis. pia conpaciendo nris
miseris. dulcis consolando iustos. De
beatitudine beate marie virginis.

Nota quod maria uirgo fuit be
ata. sibi ipsi nobis omnibus. et
celestibus ciuibus. Primo beata fuit si
bi ipsi. secundum quod dicit beatus boe
cius. beatitudo est omnium bonorum.
congregacione perfectus. Mater ergo
unigeniti dei. huius omnium bonorum
perfectam congregacionem. Primo quia
de statu uirginum. habuit perfectam in
tegritatem. Unde ps. Adducentur re
gi uirgines post eam. Ipsa quippe uir
go maria. alias uirgines antecedit.
Secundo. quia de statu coniugatorum.
habuit summam fecunditatem. Unde
ps. Terra nostra dedit fructum suum.
Ideo dicit. Ezech. terra illa inculta
facta est. ut ortus voluptatis. Ter
cio quia de statu continencium. habu
it perseuerantem castitatem. Ideo
dicitur illud Judith. Confortatum est
cor tuum. eo quod castitatem ama
uis. De istis tribus dicit eccl. In ia
cob inhabita. quantum ad coniugatos.
qui sunt in luctu huius seculi. et in israel
hereditare quantum ad continentes. hec
enim nomen accepit in luctu. cum
angelo. quando emarcuit neruus fe
moris eius. et in electis meis mitte
radices. quantum ad uirgines. Ma
ria beata fuit peccatoribus.

Secundo maria beata fuit omnibus
peccatoribus. quia portauit omnium
penitencium beatitudinem. Portauit
enim dei filium. sicut thesaurum et
precium nostre redempcionis. Unde
num. xx. Aperi eis. domine thesau
rum tuum. id est prodüce et ostende uirginem
mariam. in qua sicut in thesauro nostre
redempcionis est precium. Item sic
apoteca. et domus aromatum. medi
cinam nostre curacionis. de qua eccl. Al
tissimus de terra creauit. medicinam.
id est de beata uirgine. Item sicut
ager plenus. qui protulit nobis
panem nostre refeccionis. Unde. gen.
Ecce odor filii mei sicut odor agri ple.
In ysa. Panis terre tue. id est uirginis
marie. erit uberrimus et pinguis.
Uberrimus donis. spiritus sancti. et pin
guis adipe caritatis. Tercio maria
fuit beata angelicis ciuibus. quos mi
rifice letificauit. quia ipsa peperit ruine
ipsorum reparatorem. Unde ysaias.
Consolabitur dominus syon. et consolabi
tur omnes ruinas eius. Item quia
ipsorum gaudium. quod amodo am
pliauit. secundum verbum beati petri.
in quem angeli desiderabant prospicere.
Ideo dicit gen. Beatam me dicent.
omnes generaciones. et cetera. Item quia
eorum hostes. id est demones ipsa contriuit.
Unde Judith. Una mulier he
brea fecit. confusionem in domo na
buchodonosor. id est dyaboli. Maria
dicitur magnificencia dei.

Nota quod beatissima uirgo maria
dicitur magnificencia dei dupli
ci racione. Primo quia magna fecit
ei deus. secundo quia per eam mag
na fecit. Quod fecit magna marie.

Fecit deus beate marie magna.
qualia non sunt facta super terram.
neque futura sunt. Primum est prenun
ciacio per multos seruos celestis curie.
ys. Egredietur uirga de radice yesse.
Numeri. Orietur stella ex. et cetera. Sic
etiam patriarche signis prefigabant

Marginal notes:

De apoteca aromatum.

De agro.

Maria beata fuit angelis.

Primum prenuncia prophetarum.

De thesauro redempcionis.